

**3543** sancto Silvano sacr. | Eutyches, collegi | magni Lar. et imag.<sup>1</sup> | domn. | invicti | Antonini Pii | Felicis Aug. | p. p.<sup>2</sup> | ser. actor, d. d. | hortis Aponianis<sup>3</sup> | aram marmorea | cum suo sibi sigillo | Silvani.

*Romae (VI 671 cf. 50808 ad Fabrettium).* — 1) *Collegium hoc, pleno nomine appellatum collegium magnum Larum et imaginum domini nostri Caesaris (sic etiam in titulo Poetovionensi III 4038), iam habuimus supra N. 1502. 1534. 1752.* — 2) *Intellegitur Caracalla.* — 3) *Sic ex alio apographo (Abon- Fabretti).*

**3544** numini domus August. et san[cti Silvani] salutaris sacr. | imp. Caesar. Nervae Traiani optimi [Aug. Germ. Da]cici imagine arg.<sup>1</sup>, | parastaticas cum suis ornamentis et regulis et . . . . . [e]t concameratione ferrea, | C. Iulius Nymphius dece-annalis<sup>2</sup> sua [pecunia posui]t donumque dedit | in templo sancti Silvani salutaris, quod est in ho[rtis] . . . . . [e]t praedio suo, dedicavitque | idibus Ianuaris L. Vipstano Messala [M. Pedone] cos.<sup>3</sup>

*Romae rep. in monte Aventino (VI 545 ter ut videtur descripta saec. XVII).* — 1) *Intellegendum videtur: imaginem argenteam.* — 2) *Vocabulum formatum ad exemplum quinquennalis.* — 3) *A. 115.*

**3545** Silvano deo | sacr. | Q. Vibiedius Philargyrus | minist. Lar. Aug. et Aug. | Merc.<sup>1</sup>, tectum, mensam | lapid., aram voto susc. | e. m. d. s. p. f.<sup>2</sup>

*Grumentum in Lucania (X 205 vidit Mommsen).* — 1) *Minister Larum Augustorum (cf. infra N. 3623) et Augustalis Mercurialis (alius Mercurialis Augustalis Grumentum est X 232).* — 2) *E monitu (?) de sua pecunia fecit.*

**3546** Silvano sacrum, voto | suscepto pro salute Domitian[us] | Aug. n., L. Domitius Phaon ad cultum | tutelamque et sacrificia (sic) in omne | tempus posteru (sic) iis qui in collegio | Silvani hodie essent quique postea | subissent, fundum Iunianum et | Lollianum et Percennianum et | Statuleianum suos cum suis villis | finibusque attribuit, sanxitque uti | ex reditu eorum fundoru (sic) q. s. s. s.<sup>1</sup> k. Ianu., | III idus Febr. Domitiae Aug. n. natale<sup>2</sup>, et | V k. Iulias dedicatione Silvani, et XII k. | Iulias Rosalibus<sup>3</sup>, et IX k. Novembr. natal. | Domitiani Aug. n.<sup>4</sup>, sacrum in re praesenti | fieret, convenirentque ii qui in | collegio essent ad epulandum, cura[n]tibus sui cuiusque anni magistris. Huic | rei dolum malum futurum quominus | ea quae supr. scripta sunt fiant, | manifestum est, cum pro salute optum[us] | principis et domini i. s.<sup>5</sup> fundi consecrat[us] | sint diesque sacrificiorum comprehensi. Praet[er]ea locus sive ea pars | agri (sic) silvaequ[e] est, in vivario<sup>6</sup>, quae cippis | positis circa Silvanum determinata | est, Silvano cedit, et via aditus ad Silvanu (sic) | per fundum Qaescianum (sic) omnibus patebit. | Lignis quoque et ex fundo Galliciano | et aqua sacrifici causa et de vivario | promiscue licebit uti. Haec sic dari | fieri praestari sine dolo malo iussit | permisitque [L.] Domitius Phaon, | cuius omnes (sic) locus fuit.